



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Iuris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

Liber VIII. De distinctione personarum ex generatione, & de sponsalibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

rit: atque tertio die aliud etiam animal muliebri forma ex vndis emerisse. Nam vultus leuitas, comæ prolixitas, nec non reliqua corporis constitutio, & capilli partim complicati, partim soluti, formæque splendor feminam esse denuntiabat, idque pectore 4 tenus apparentibus mamillis. Apparuisse etiam hos Tritones & Nereides in mari sæpe refert Plinius *lib. 9. histo. natu. c. 5.* Ludouicus Viues etiam narrat suis temporibus apparuisse apud Battaos hominem marinum, quia etiam supra duos annos ab hominibus detentus esset, capillive fari, verum bis pestilentia afflictum, in mare remissum gaudentem & exsilietum. Ferunt 5 & esse quædam monstra marina Sirenes dictas, superiori sui parte virginis formam referentes, inferiore in piscis vel serpentis caudam desinentes.

Monstrum maris, vt ait Ouidius,

Sirenes erant, qua voce canora

Quaslibet admissas detinere rates.

De quibus commentaria late in Ouidii *lib. 5. Metamorphosim,* & Seruius in Virgilium *lib. 5. Aeneid.* & Homerus in *Odysea 11.* 6 Et etiam in syluis apparuisse Satyrum D. Antonio heremite testis est grauis auctor Hieronymus in *vita Pauli heremite*, hominulum, inquam, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat, eumque cum Antonio locutum fuisse & dixisse interrogatum, *Mortalis ego sum, & vnus ex accolis heremi, quos vario errore delusa gentilitas Faunos Satyrosque, & Incubos vocans colit: precamur, vt commutem Deum pro nobis deprecetur, &c.* Si sit tamen libera sententia, non dubito hos vel inter monstra hominum, non sunt liberi. *de sta. hom. in P. l. osi ensim. de verb. sig. l. quod certatum, de pest. humis here. li. 6. C. iii. 29.* vel inter animalia annumerare: sicuti & Sphingem, quam Nicephorus Calisti *lib. 9. hist. ecclesie. c. 19.* scribit habuisse mammas & corpus muliebri, & facie rotunda in eandem formam inclinante, voce humana, sed non arti. ulata. Meminit & Plinius qui inter species fumarum constituit, *Plin. li. 8. c. 21.* Et si Diodorus monstrum dicat, *Diod. lib. 5. Biblioth. c. 6.* Sunt etiam inter monstra hominum hypocentauri, quorum vnum apparuisse in heremo eidem D. Antonio scribit etiam Hieronymus in *vita Pauli heremite*, media anteriore parte hominem, posteriore equum. Et Plinius *lib. 7. c. 3.* se vidisse sub Claudio Cæsaris principatu in melle conditum ex Ægypto delatum testatur. Quam-

uis et Cicero *2. de natu. deor.* inter aniles fabulas centauros & chimeras habeat. Sunt et alia his similia monstra humana in India apud Strabonem *lib. 15. geograph.* que, vt Plinius auctor *lib. 7. c. 2.* vbi tractat de monstris figuris hominum, est, potissimum in India nascuntur. Quod viri Indorum scelestissimi quidam cum feris coeant, & inde mixtos & semiferos esse partus, quod valde abominabile est & detestationis vindictæque septem ciuitatum Sodomitarum dignum, ferere a Deo propria lege prohibendum, *Genes. 19.* adhibita capitali supplicii vltimi poena, *Exod. c. 22.* Eadem sentit & Philo Iudæus, *lib. de specialibus legi.* in aliis alibi natis monstris. Bonifacius Simoneta *lib. 4. epist. c. 10.* pariter speciem hominum, sed rationis vsu carentium constituit Pygmaeos, qui ultra Ægyptum cit. a originem Nili habitant, in tertio anno generant in octauo senescunt, non verecundiam, non iustitiam, non honestatem colentes: genus tamen hominum pusillum quamuis dicat Aristoteles *lib. 8. hist. animal. c. 12.* quod pugnat cum gruibus, nec fabulosum, sicuti & firmat Plinius *lib. 10. c. 23.* & *lib. 7. cap. 2.* & Philostratus *lib. de Iconibus in Hercule dormient.* Refert et Plinius *lib. 7. c. 2.* in Africa solitudinibus hominum species obuias subinde fieri & momento euanescere. Ferunt et Rabinorum deliramenta. Munster in *lib. qui Mesias dicitur Christianorum prope principium*, ex femine Adami & aliorum hominum pollutione collecta a demonibus, demones quosdam abortiuos nasci, quos vocant Faunos seu Lilitim, abortiuus partibus similes: qui & nascentibus pueris insidiantur, & mortuo eo ex cuius spermate fuerint compacti, ad cadaver eius concurrere, & illud polluere, nisi arceantur. Et hæc sunt de illis fabula Iudæice. Omitto et hic recensere somnia vanissima quorundam vulgarium scriptorum, vt narras de *spelunca Sibylle qua in Ancona est Antonius de la Sale & Italia somnia libri d' Amadis de Gaule, & de la belle Melusine, & alii eiusdem farinae.* qui rati sunt, qualdam mulieres compertas fatidicas, quas dicunt Fees. Viros quoque qui quæve perperuis delitiis fruuntur abunde in hoc seculo alicubi in vltimum vsque diem generalis iudicii, quo damnatione æterna ad inferos detrudentur perpetuis suppliciis cruciandi cruciandæ. Hæc enim sunt cum nugis & gerris anilibus auerruncanda vt falsissima, vel si quid habuerint ostenti, vt demonica spectra & impiissima & fortilega ignibus tradenda: ne vel vestigia inter probos aut improbos vnquam remaneant.

DE DISTINCTIONE PERSONARUM EX GENERATIONE ET DE SPONSALIBUS, LIBER VIII.

De Coniunctione maris & feminae permilla, & vtitia, & de personis inde natis in genere. Cap. 1.

1 Continuatio libri.

2 Summaria ex propagatione personarum distinctio, in naturales tantum, naturales & legitimos, spurios, adulterinos, incestuosos, nefarios.

3 Rebus omnibus Deus semina conseruationis sue speciei indidit.

4 Perpetua res corporales per subrogationem.

5 Generationis & corruptionis causa.

6 Maris & feminae coniunctio a natura.

7 Coniunctio maris & feminae in omnibus quomodo differat a brutorum coniunctione.

8 Finis coniunctionis legitima hominum generatio & subrogatio.

9 Leges dictæ coniunctioni huic hominum, ne contumnerentur.

10 Naturales sibi absolute dicti, & qui naturales, & legitimi.

11 Legitimi & naturales quare dicti, & quid legitimum.

12 Diuisio personarum & filiorum, in naturales tantum, legitimos tantum, legitimos & naturales, & legitimos.

13 Naturales tantum qui, & quot species.

14 Spuriorum nomen ad omnes illegitimos pertinet.

15 Legitimi & naturales illi quos, qui ex matrimonio dissoluto vel clandestino postea approbato.

16 Hominum omnium principium post Adami creationem ex generatione & copula maris & feminae, deinde Adamo, Eua, & domino nostro Iesu Christo.

17 Fabula Ægyptiorum de Generatione hominum ex luto & aliorum, impropria.

18 Pallus ex cerebro Iouis nata.

19 Bacchus ex femore Iouis genitus.

20 Seruus Tullius quod conceptus sit ex genitali ex cinere nato, & ex Ocris ancilla, fabula.

21 Cantharus ex pillule sumi seipsum genuit.

22 Aqua fontis Cylliporus mulieres impregnat.

23 Honestas maxime in coniunctionibus consideranda.

24 Matrimonium affectasse malis artibus in Marino puniunt.

25 Matrimonii honestas naturalis est.

26 Matrimonii potestas inhibita mulieribus fortuna libidinis coniunctis Vtopia.

27 Vxorii nomen, dignitatis non voluptatis nomen.

28 Matrimonia iriudicis & rapturibus inter dicta.

29 Matrimonii ritus & solemnia & que triplici modo antequam contrahatur, cum contrahunt, & postquam contraxerunt.

30 Matrimonia præcedunt sponsalia, artha, osculum, donationes ante nuptias, anacalypteria.

31 Matrimonii tempore considerata, ritus nubendi solemnia substantialia, affinitates, prohibitiones nubendi, dotes, incrementa, lucra, paria, onera matrimonii, hypotheca, solutio.

32 Matrimonio soluto considerantur viduitas, nuptia repetita, dotis restitutio, persona.

Hæc sexu hominum quædam alia affinis sequitur distinctio, vt quidam coniuncti sunt, alii cœlibes, alii vidui. Coniuncti quidam naturali coniunctione solum, alii lege etiam approbata coniunctione. Cœlibes dicuntur, qui nec coniuncti sunt, nec fuerunt, de cœlibibus pauca *infra lib. 9. c. 6. & 14. Vidui*, qui nunc con-

iuncti non sunt, sed aliquando fuerunt, *de viduis, § auca li. 9. inf. c. 22. & seq* Legitima coniunctionis sunt sponfus & sponsa, *inf. c. 2. l. ponia, vii, vxor. ac nuptis. inf. lib. 9. illegitime, concubina, concubinus, meretrix, scortator, adultera, adulter, incestuosi, nefarii, &c. de alit. lib. 10. c. 12.* ¶ Ex ¶ maris & feminae distinctione, quando personarum harum fit coniunctio, alia sequitur proliis distinctio, prout ea vel legitima vel illegitima præcessit. ¶ Proinde alii nati dicuntur naturales tantum, alii naturales & legitimi, & alii horum respectu spurii, adulterini, incestuosi, nefarii. Legitimi tantum autem potius ad civilem causam filiationis & cognationis, quam ad coniunctionem personarum pertinent.

¶ Quæ ¶ sigillatim explicanda sunt cum affinium coniunctionis consideratione, vnde propagatio. Itaq; initio sciendum est, Deum optimum maximum naturæ vniuersæ sapientissimum opificem & creatorem rebus singulis ita prouide profpexisse, vt perpetuo superessent: quocirca concessit cuique rei vim generationis fere singulis, vt haberent sua femina ad suæ speciei conseruationem

¶ in lemetipsis, *Gen. 1. § Sic ¶ perpetua res factæ per propagationem & similitum subrogationem, quæ ex naturali causa fit, vt ait Paulus l. foramen. 27. de seru. vrb. præd. l. 8. P. tit. 2. & Alphenus Iurif. conf. l. proponetur 76. de iudic. li. 5. P. tit. 1.* alioquin enim in hoc seculo corporale, æternum & perpetuum nihil est, vt notat idem Paulus *l. cum debere, 32. de seru. vrb. præd. l. 8. tit. 2.* ¶ Quippe quod ¶ ea omnia quæ radiis & orbitæ lunæ subiiciuntur, corruptioni obnoxia & mutationi ppetuo cum motu supposita sunt, vt nouit etiam Iustinianus Casar, *§ vt autem lex ad natura, de non alien. reb. eccles. collat. 2.* Et corrumpi omnia solent, cum mouentur. *Arist. problema. sect. 22. quæst. 4.* mouentur autem tum maxime ex circuitu lunæ. coituique eius cum sole, vnde generationes, perfectiones. & dum moderatio calor non est, corruptiones: & rerum minorum circuitus, maiorum sequitur, vnde vita, ortus & interitus, vt tradit Aristot. *lib. 4. de gener. animal. c. 10.* Et fluxa ac varia rerum humanarum natura & simul remedio indiget, teste Iustiniano *Constit. 39. in nouell. § 1.* ¶ Et ¶ sicut in plantis semen, sic & in animalibus conseruandi que; sui generis indita est cupiditas appetitus & semen natura: atque iuris naturalis existimata est in omnibus maris & feminae coniunctio & procreatio, vt ait *Vlp. de iust. & iur. li. 1. P. tit. 1. & Cic. 1. offic. & alii, Iustm. § 1. de iur. nat. gen. & civil. 1. Inst. i. iur. civil. tit. 2. can. ius naturale, 1. distinct.*

¶ Legitima ¶ ad reuocandam speciem coniunctio per se semper, dum modo legibus fiat illis quibus subiecta est a Deo cum sua natura. Nam concubini in hominibus alterius sunt speciei, quam coniunctiones & coitus brutorum: quamuis in vtrisque natura igniculos moueat & titillationes. Et quemadmodum alia vita brutorum animalium, alia hominum, & pro monstro est & prodigio brutum rationis argumenta præbere: sic prodigiosum est magis homines in brutorum vitam prolabi, & tam sceditur degenerare a rationali viuendi proprio modo, vt brutis & iumentis esse velint similes. Singula animalia quoque lege proprie nature ad multiplicandam sobolem & speciem tempora habent sui coitus descripta, ætates certas ad venerem singulis animalium natura fixit & statuit, vt ait Aristoteles *li. 5. de hist. or. animal. c. 8. & 14.* vt vitio nature illorum alie coeundi leges indictæ, alie procreandi meliores & præstantiores etiam causæ Bruta corpus & animam mortalem producant: homines, corpus, cui inditur simul & semel perfectionis suæ tempore anima immortalis, in quibus templum Dei & Spiritus sancti est, *1. ad Corim. 6. & 2. ad Cor. 6. D. Ioan. cap. 2. vbi, licite templum hoc, &c. & Spiritus ad imaginem Dei. Gen. c. 1. § si quis in metallum. 17. de i. anis, lib. 9. C. tit. 47.* Quo fit, vt in illius generatione non sit vel debeat esse par ac belluarum irrationalis coitus, sed honestior & castior & alterius generis: sicut nec homo pari modo creatus in Genesi mundi, ac bruta: dicunt enim singulariter de eo, *faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c. Gen. 1. & 2.* Idcirco creata muliere, vel educta ex latere Adæ dictum est, *dominamini animalibus, non autem estote similes illis: & rursus, erupit duo in carne vna, Genes. 2.*

¶ Finis ¶ istius coniunctionis legitima est, vt vicibus suis sibi immortalitatem procuraret, *Iustm. an l. lege 12. tabula. 14. de legit. hered. lib. 6. C. tit. 57. § 1. de nupt. in auth. coll. 4. tit. 1. mas & femina generatione. Echo non ex electione, sed veluti in ceteris animalibus & plantis naturale, § rursus, de restit. & ea qua parit in 11. m. s. conf. 39.* tum que, vt ait Platon. in *conuio.* ad perpetuitatem nobis parandam incredibile, & naturale studium, quod legitima tantum consequimur coniunctione, qua gignimus nobis

similes, *Aristotel. 1. Polit. c. 1.* quam rationem admiratur Cicero *2. de legibus,* & Dionysius Halicarnass. in *Orat. nupt.* nuptiæ terram implent, ita virginitas paradisi *can. nuptia, 32. q. 1.* Itaque inter bona matris monii proles est cum fide & sacramento, *can. omne, 27. q. 1.* vt a nuptiis reiciantur, qui generationi sunt inhabiles, quales frigidi, & eunuchi, & malehio insolubili conficti, ex legibus pontificiis & iuris ciuilibus, quibus permittitur solutio coniunctionis, *c. 1. 2. & 3. de frigid. & malehio. lib. 4. Decretal. tit. 15. Iustm. l. in causis, 20. de repudi. libr. 5. C. tit. 17.* Præmiumque nuptiarum fœminis est proles, quod si non assequantur pudor illis est, *c. pudor, 32. q. 2.* vtpote terræ steriles inftructuosa existentes: & pudor etiam & vitium alia ratione libidine, duci voluptatis satiantæ causa, non spe proliis. ¶ Quocirca ¶ ne homines degenerarent in voluptatem illam, quæ extra fines humanæ necessitatis erat, leges dictæ sunt plures huic coniunctioni a Deo, qui coniunctionem statuit: postmodum repetitæ a nomothetis: additæ & aliæ secundum legum mores de præpatos, cum circa modum contrahendi. & conteniendi tum etiam pro ea continenda, ex quibus quæ legitima & illegitima proles sit, iudicatur. ¶ Legitima ¶ proles naturali, quoque dicitur, sic enim Latine loquentes, vt Suetonius in *Tiberio. ca. 52.* naturales absolute filios iustos & legitimos dixere. Qui dicuntur quoque ¶ legitimi & naturales, quod natura filii sint, & eius copulæ, quam leges confirmant, & receptum est: eo modo legitima conuentio, *l. legitima conuentio. 6. de pact. li. 2. P. tit. 14.* legitimus tutor, legitima tutela. legitima successio, & sic de similibus, quæ separata constitunt alias præter hanc liberorum & personarum species.

¶ Hinc ¶ alii naturales tantum, alii legitimi tantum, alii ex illis legitimis legitime facti, qui legitimi vulgo ¶ Naturales ¶ tantum illi, qui non consentiente lege & præter honestatem matrimonii, natura tantum suffulti, nati sunt. Quorum species tot esse adhuc possunt, quot sunt illiciti concubitus. Proinde quia illicitus concubitus cum ancilla, concubina, meretrice sanguine coniuncta nupta Deo dicata tot diuersitates erunt filiorum, vt concubinae & ancillæ naturales proprie in iure: scortis vulgo concepti: proximorum, incestuosi: coniugum & aliorum, adulterini: vestales, nefarii: vt & nefarii complexus, qui cum patre & filio ab eadem sunt, *l. 1. de concubin. in P. ¶ Omnes ¶ autem vno verbo illegitimi, spurii, manserunt dici possunt, de quibus ordine. Et in primis de legitima coniunctione: dehinc de illegitimis & prole eorum. ¶ Legitimi & naturales etiam dicuntur & illi, qui ex male trimonio dissoluto ante solutionem nati sunt, si modo illud bona fide palam fuisset contractum, non aliter, *c. 2. qui filii sint legitimi,* & qui ex clandestino matrimonio quoque, si modo postea probatam fuerit ab ecclesia, orti fuerint: *c. quod a nobis qui filii sint legitimi.* De quibus omnibus suo loco etiam Deo fauente agemus. ¶ Commune ¶ porro omnibus is exordium est, sexuum commixtio & Venus, vt non immerito idem generationis hominum & perfectorum dixerint animalium antiqui, *Plinius li. 1. c. 8. Lucretius in 1. principium.* Neque quisquam qui ratione vitatur, nunc vt reor, arbitratu aliunde quam ex coniunctione humana homines nasci posse, vt voluerit hanc contemnere: siquidem Adam, quia primus a Deo ex terra creatus, factus, non natus est, potestare diuina, vt & Eua eius ex latere exadificata. At naturalis lex illis primis data, vt generarent concubitu, *Genes. 1. & 2. & 3.* quam secuta omnis posteritas, neque nati omnes aliquando homines ex luto, vt vermes, sicut mentiuntur Aegyptii teste Diodoro Siculo in *8. Biblioth. ¶ Demta ¶ conceptione sola fecundi hominis perfecti, Domini nostri Iesu Christi, qui in vna hypostasi verus Deus, verbum caro factum, Ioan. euang. cap. 1. conceptus ex virgine beatissima Maria, adumbratione Spiritus Sancti, Luca 1. & D. Matth. c. 1. sine hominis femine & commixtione. ¶ Nouimus ¶ autem & audimus, vt fabulas & fictos vel symbolicos sermones, quod Lucianus tradit in *Vulca. & Iouis dialogo.* Palladem ex cetero Iouis natam armatam Vulcani securi caput in duas partes diuidente. ¶ Et ¶ similiter quod idem Lucianus in *dial. Mercurii & Neptuni,* comminiscitur Bacchum ex femore Iouis genitum, & quod referunt eum Iouem cum Semelem Thebanam mulierem ex silabus Cadmi imprægnasset, & Iuno ei infidaretur, pro illa peperisse, & mortua Semele, incisa eius aluo, sacrum imperfectum septimemrem intra femur dissectum nutritile. ¶ Mendacia ¶ enim hæc, vt & illud in signe ¶ refert Plin. *li. 37. c. 27.* Tarquinio Prisco regnante, repente in foetus eius apparuisse genitale e cinere masculini sexus, eamque infederat Tanaquilis reginæ ancillâ Ocrisiam captiuâ, conseru-**

drimestre, quia variat. conceditur. *cap. 1. de iur. patron. in 6.* Et spatium deliberandi datur a iure hereditibus ad considerandam & cernendam hereditatem, pro qua ad eundem futurum est illos a re alieno teneri. *Iustin. l. fin. de iur. deliber. lib. 6. C. tit. 30.* Mos quoque veteribus erat teste D. Chrylostomo *Homil. 43. in Genesin tom. 1. & tom. 2. Homil. 4. in Mattheum.* antequam cōcumberent, sponsalia facere, simul quoque cohabitare desponsatis, & cum parentibus conuersari. *id quod nunc, inquit. sepe fieri solet.* vnde Loth vocat. *Genes. cap. 19.* generos suos desponsatos filiabus suis, quamquam diceret quod viros non cognouissent. ¶ Tertio, præcedunt sponsalia, ¶ vt qui uxorem est ducturus iam, re ipsa præmonitus componat mæstos interim penates, & apparet ea quæ subeundis oneribus certe grauissimis sunt necessaria: plura enim maritus vxori præstare debet, quæ vel maritupio, vel animi patientia soluenda sunt, vel iugi tristitia ferenda. ¶ Quamobrem ob tantum negotium, datur iure diuino sponsis & nuper coniugatis immunitas a bello. vt per annum a desponsatione & nuptiis, in bellum non eant, vt ait Iosephus *lib. 4. antiq. Indaic. ca. 6.* Moses *Deutor. c. 20.* & Machabæorum Historia *l. c. 3.* ¶ Quarto ¶ differuntur nuptiæ, vt per dilationem carior vxor in posterum sit, & magis diligat eam affectam vitæ, quam ante suspirauerat. *can. Institutum, 27. q. 2. ex D. Augustino lib. 4. confessio.* ¶ Quinto, ¶ vt possint qui nupturâ dotant pecunias congerere, quas coniugi dent: nec enim debet statim maritus venire cum sacco paratus, vt de creditoribus repetentibus debita dicitur, *Paul. l. quod dicitur, 105. de solutio, lib. 46. P. tit. 1.* Et debitoribus etiam non petentibus danda est ciuilibus quædã dilatio, teste Chalcistrato *l. de iudicibus 31. de iudic. lib. 42. P. tit. 1.* Danda autē statim esset, si nuptiæ simul & eodem actu fierent cum sponsalibus, vt pote quod onera inciperent penes maritum esse, pro quibus. *Dioclet. & Maxim. l. pro oneribus 20. de iur. dot. lib. 5. C. tit. 12. cum sim. ibi nota.* ¶ Sexto differuntur, ¶ vt interim ante nuptias proponi possit a curionibus in ecclesia publice matrimonium futurum, cum imposita tēporis intercapedine, vt si quod impedimentum sit in gradu vel affinitate, vel alterius coniugis, coniugium opponatur & proberetur, *c. cum in iudicio de claudes. desponsat. vt latius dicemus Deo fauente paulo post in substantiabilibus & ritibus nuptiarum.* In summa sic monet Quidius, *Fastorum.*

Nubere si qua uoles, quamuis, & operaberis ambo, Disses, habent parua comoda magna mora.

De Personis quæ pro aliis sponsalia contrahunt. Cap. 4.

- 1 Sponsalia per se & per alios contrahuntur sponsi.
 - 2 Cuiuslibet lege sponsi se mutuo eligunt: uxores una cū uiris contrahuntur.
 - 3 Sponsalia promittuntur filiorum plerumque a patribus, & dissoluantur, nisi sint emancipati.
 - 4 Sponsalia pro impuberibus vel filisfam. a parentibus facta nō valent, nisi adulti consentiant ipsi.
 - 5 Filii consentiunt consentire patri, nisi expresse repugnent.
 - 6 Sponsalia fiunt inter absentes per nuntium, procurratorem, epistolam. Rebecca Isaac per nuntium desponsata, &c.
 - 7 Sponsalia non faciunt affinitatem.
- 1 Sponsalia & per coniuges futuros, & per alios nomine illorum contrahi possunt. ¶ In India ¶ lex propria fuit Cathæorum, vt sponsus & sponsa se mutuo eligant auctore Strabone *lib. 15. Geograph.* item vt uxores cum uiris defunctis comburerentur, ob hanc causam, quod cum aliquando adulescentulæ ad marem a uiris secedebant, vel viros interimebant. Consensu etiam eorum iure ciuili qui coniungendi sunt, si aut interdum sine patre, si sui iuris, interdum adhibito consensu parentum, vt plerumque. ¶ Patres ¶ namque despondunt filios & filias quas habent in potestate, vt in superiori capite in prima ratione notauimus. Nam hoc officium parentum est ad quod cogi possunt per magistratum, in matrimonium liberos collocare & dotare secundum Marciani Iuriconsulti responsum, *l. qui liberos 19. de rit. nupt. l. b. 23. P. tit. 2.* Idcirco desinatio & pactio parentum de nuptiis filiarum, si illi moriantur, vim post mortem illorum adhuc consequuntur, neque a transactione tuorum etiam minorum filiarum consensu irritantur, ex constitutione Honorii & Theodosii *CC. l. si ater postum 4. de sponsal. C. l. si si nup. ex refer. p. tan. lib. 5. C. tit. 8.* potestque pater sponsalia a filiafa-

milia facta dissoluere & nuntium remittere, non autem emancipata, auctore Vlpiano, *l. in potestate 10. de sponsal. in P. l. Iulianus 4. de repud. lib. 24. P. tit. 2.*

¶ Quæ ¶ de impubere filio filiave dicta censentur. Nam pro 4 puberibus pater pacificus nihil agit *c. l. 2. 3. 4. de despons. impub. lib. 4. Decret. tit. 2.* nisi consentientibus illis quoque & adultis minoribus factis pactionem approbantibus. *Paulus, l. in sponsalibus 7. & l. si hofam, 13. Iulian. l. sponsalia 11. de sponsal. in P. Paul. l. 2. de rit. nup. lib. 23. P. tit. 2.* Ne cogitur filiasfam. uxorem ducere, vt ait Hermogenes *l. non cogitur 21. de rit. nupt. in P.* Matrimonia quippe libera, non coacta esse debent, *Alexan. Imper. l. 2. de inutil. stipul. lib. 8. C. tit. 39. Dioclet. & Maxim. l. nec ab initio 14. de nup. l. lib. 5. C. tit. 4. Leo & Anthemius, l. fin. §. si. de spons. C. Paul. l. Titia. l. 134. de verb. oblig. lib. 45. P. tit. 1. c. gemina mulier requisit, de sponsal. apud Gregor.* Censentur tamen liberi uoluntati parentum consentire, nisi expresse repugnent. *Vlpian. l. sed ea que patris 12. de rit. nupt. lib. 23. P. tit. 2.* ¶ Itaque ¶ illis uolentibus pacta rata erunt. ¶ Sicuti ¶ & per procurratorem possunt sponsalia contrahi, & per nuntium, & per epistolam inter absentes, *Vlpian. l. 14. §. si. de sponsal. in P. si absentes sciant vel ratum postea habuerint vt ait Pomponius, l. hac ita 5. de spons. in P.* Desponsauit vt Rebecam Isaac per seruum missum ab Abrahamo, *Genes. 24. pater.* ¶ Per ¶ sponsalia non contrahitur affinitas, siue per uerba de præsentibus, siue per uerba de futuro fiant, *ca. sponsum, de spons. ap. Greg. vt & notauimus latius in c. de affinitate.*

De Ætate & Qualitate sponsæ & sponsi.

Cap. 5.

- 1 Sponsalia inter puberes & impuberes quomodo & quando contrahantur.
- 2 Sponsalia contrahi possunt a quolibet maiore septem annis, sed sine sacris ritibus usque ad decimum tertium annum mulieres, & quatuordecimum uiri.
- 3 Ius orientale collectum per Enimundum Bonofidium.
- 4 Sponsalia qua impediantur ex regula generali.

¶ Via ¶ in negotiis contrahendis pupillus legitimo adueniente auctore obligari potest, *Caius, l. obligari 9. de aucto. tut. lib. 26. P. tit. 8. §. 1. eod. ad Iustin. §. furiosus de inutil. stipul. l. quamuis 32. §. infans, de acquir. poss. lib. 41. P. tit. 2. l. in negotiis 5. de reg. iur. lib. 50. P. tit. 17. facit rest. l. si infans 18. §. fin. de iur. deliber. lib. 6. C. tit. 30.* & contrahere: at ante septem annos non potest auctori etiam dici consentire. Ideo Iulius Paulus *lib. 2. recep. sen. c. 20.* sponsalia tam inter puberes, quam impuberes contrahi posse tradit. Et Modestinus *l. in sponsa lib. 14. de spons. in P.* respondit, in sponsalibus contrahendis non esse certam ætatem definitam ut in matrimoniis. ¶ Itaque ¶ a primordio ætatis fieri possunt, si modo id fieri ab utraque persona intelligatur, id est, si non sint minores quam septem annis: sequuntur & leges pontificiæ id ipsum, *c. l. iteras, & c. anobis, de desponsat. impub. can. 1. & 2. 30. qua. 2.* Confirmat hoc & nouella Leonis Cæsaris, quam refert Constantinus. Hat menopolus *lib. 4. promissu iur. tit. 1.* verum prohibuit ibi sacris ritibus sponsalia firmari, prius quam sponsa 13. annum, sponsus 14. fuissent ementi: quod & statuitur constitutione Alexii Cæsaris orientis, quæ inibi iungitur ab Harmenopulo. ¶ Er in iure ¶ orientali collecto per Enimundum Bonofidium, in constitutionibus imperatoris orientis. Loquuntur autem illi de sponsalibus quæ nuptiæ dicuntur, post quas commiscebantur cum sponsis minoribus sponsi, quod potius erat incentium libidinis & corruptio nature, ante legitimam ætatem: cum tamen vere essent sponsalia futuri matrimonii, non nuptiæ, etsi celebrata illa fuissent, vel in domum ducta sponsa, vt notat Vlpianus ex Iuliani & Labeonis responsis, *in l. quæ situm est 9. de sponsalib. in P.* Eritque qualitas hæc legitima in sponsalibus requisita, consequenter si agatur de futura promissione, ætas, quæ intelligatur maior septem annis, dummodo aliud non probata.

¶ Multa ¶ enim sunt quæ officere sponsalibus, præter impedimentum ætatis possunt, quæ hæc breui concludi possunt regula: vt id quod nuptias fieri inhibet, si in sponsalibus reperitur quod perseverare possit usque ad nuptias, impediatur quoque sponsalia, *Vlpian. l. Oratio 16. de sponsal. in P.* Quo fit, vt impedimenta nuptiarum tempore cessantia, non impediatur sponsalia. *Paul. l. 1. si quis officium 38. de rit. nupt. lib. 23. P. tit. 2. Gratianus & Valentin. l. vnic. si rector prouinci. vel ad eum pertin. &c. lib. 5. C. tit. 2.*

tur cum gemmam annuli introsum ad manum verteret, ut ait Cicero 3. *Offic.* & Plato 2. *de republ. vel de insto.* Siquidem nec ille a quo accepit potuit infidias mortis euadere: narrant enim predicti auctores, hiatum terra factum per terram motum, Gygem pastorem mirabundum in hiatum descendisse, confexilleque multa alia quae fabulantur miranda, & equum aeneum concauum, & per fenestram cadauer in alio equi maius quidem humana forma, quod nihil habebat praeter hunc in digito annulum. Midae tribuunt etiam annulum, quo circumactio habentem nemo cerneret, quod etiam fabulosum Plinius putat *lib. 33. c. 1.*

¶ Annulus igitur, quum fidei arrhabonem habeat, & in sponsalibus fidem facit promissionis nuptiarum, & ea desponsata praefertur vel nupta, quae annulus in digitis defert, ut ait Alexander 3. *sum. Pontif. c. illud, cap. 11. de praesumpt. lib. 2. Decret. tit. 23. can. nosstrate, 30. q. 5.* Et mulier quae virum ut desponsatum prosequeretur in constitutione Clementis 3. *sum. Pontif. ca. tenor literarum, cap. 10. de sentent. & re iudic. lib. 2. Decret. tit. 27.* ad probationem exhibet testes quod aduersarius eius eam desponsationis annulo publice subarhasset. ¶ Sic dux Mediolanensis, dum eligitur & nanciscitur ducatus possessionem, annulum in mare proficit, veluti illud desponsans, cuius Imperio Veneti pollent telle Contareno *lib. 2. de republic. Veneto.* ¶ Et episcopus annulum defert, utpote sponsus ecclesiae, ut notat Cardinalis in rub. *de possul. prelato.* ¶ Sic apud Terentium in *He-cyra. act. 5. scena 3.* annulus quem detraxerat compressae Philomelae uxori desponsata Pamphilus, inuentus in manu Boechidis datus eidem a Pamphilo, probauit matrimonium cum Philomela.

¶ Insignitur autem sponsa annulo in quarto digito a pollice, quem vocant medicinale quia in eo quadam vena est sanguinis ad cor vsque perueniens, ut scribit Ildorus *lib. 2. de offic. cap. 15. ca. scemira 30. q. 5.* Distarius tamen apud Macrobius *lib. 7. cap. 13.* melius mihi rationem explicasse videtur, dum ex Aegyptiorum sententia & libris anatomicorum tradit, ex communi consensu annulum in digito, qui minimo vicinus est, quem etiam medicinale vocant, manu praecipue sinistra gestatum, quod neruus quidam de corde natus proorsum pergit vsque ad digitum manus sinistrae minimo proximum, & illic desinit implicatus ceteris eiusdem digiti neruis: & ideo visum veteribus, vtille digitus annulo, tanquam corona circumdaretur. Eadem refert Aulus Gellius *lib. 10. cap. 10.* ex Appione in libris Aegyptiacis. ¶ Dantur & arrharum nomine alia etiam, ut nummorum certus numerus, vel quidvis aliud. ¶ De quibus statutum est ut si quae sponsalia maior contraxit, nolit nuptias exsequi, teneatur arrhas duplicare: si minor contraxit restituat, & si qui dedit non contrahat, amittat: nisi sine culpa alterutrum dissoluantur sponsalia, puta morte alterius, vel lege nuptias prohibente, vel solutionem permittente, *l. 3. si de sponsal. & arrbis.*

¶ Differunt autem arrhae sponsalitia, ab sponsalitia largitate, de qua in §. primo ut sponsalitia largitas proprius sit contractus, in nouellis Iustinianis, *constitut. 119.* quod arrha non sit donatio, ut sponsalitia largitas, sed velut pignus. ¶ Sponsalitia largitas rursus proprie & improprie sumitur. Proprie sumta duplex: aliquid namque accipitur pro donatione inita inter sponsos vel ab altero illorum alteri, de qua loquitur Constantinus Caesar, *l. si a sponso 15. de donatio. ant. nupt. lib. 5. C. tit. 3.* ¶ Dicuntur

& sponsalitia largitatis nomine secundum, munera quae sponsae donantur, & mittuntur triduo antequam ea prodeat in publicum ab eius amicis, *l. 1. si nupt. ex rescript. petan. C. Iulius Pollux lib. 3. cap. 3.* vocat munera ab sponso data, sponsalia *arrhae, arrhae nuptiales*, quae & diem, qua sponsa detegitur & prodit, significant, & munera quae & *mesochoria* dicuntur Callio Rhodigino, *lib. 11. cap. 60.* & Alciato *lib. 1. mag. c. 2.* quoque dicuntur *arrhae*. Et Constantinus Harmenopolus, *lib. 4. promissa. iur. c. 7. de sentent. & re iudic.* quoque dici existimat munera quae amici contribuunt sponsae, cum primum illa se retectam visendam praebet. Suidas tamen *et alia* ea fuisse dixit munera, quae post die nuptiarum ab sponsae patre, tam sponsae quam sponso mittebantur cum pompa: puer enim praecedebat alba veste, facem incensam tenens hunc tequebatur mulier canistrum gerens, ceteris sequentibus ordine, quae aurum patellas, simegura, lecticas, peccines, lectos, alabastros, sandalia, thecas, pyxides vnguentarias, interdum etiam sponso vna dotem adferrebant. ¶ Improprie autem sponsalitia largitas dicitur ea, quae est donatio propter vel ante nuptias, de qua Iustinianus in §. primo, ut sponsalitia largi-

tas proprius sit contractus in nouellis. ¶ Arque differt a vera sponsalitia largitate: quod donatio ante vel propter nuptias fiat propter aequalitatem dotis acceptae a marito uxori, *dic. §. 1. ut sponsal. iarg. in nouell. constit. 119.* Sponsalitia autem largitas, non propter dotem, sed affectionem sponni vel sponsae, *l. si a sponso, de donat. ant. nupt. C.*

¶ Habuit porro nomen donatio ante nuptias, ex eo quod olim donatio haec non fiebat, nisi ante nuptias principibus inducta, ante omnino incognita §. *est & aliud, de acnat. lib. 2. Instit. tit. 7.* Iuriconsultorum temporibus, in qua & conditio inerat, ut tum rata esset quando matrimonium sequutum fuisset: nec tempore constantis coniugii fieri poterat, quod donationes inter coniuges non valeant, *l. 1. 2. 3. de donatio. inter virum & uxorem in P. l. a marito. C. eod.* neque ab ipsius factae in tempore coniugii suspendi possint, *l. cum hic status 33. §. si sponso, de donation. inter virum & uxorem, in P. l. quod sponso, 4. de donatio. ant. nupt. lib. 3. C. tit. 3.* ¶ Verum Iustino placuit postea, & tempore matrimonii fieri posse hanc largitionem.

¶ Quia & dos constante matrimonio augeri & minui potest consensu coniugum, *dist. §. est & aliud, de donat. apud Iustin. l. si constante, 19. de donatio. ant. nupt. Cod. Iustin. l. fin. C. eod.* si sine damno liberorum prioris matrimonii fiat, vel creditorum, *arrhent. sed iam necesse, de donatio. ante nupt. C.* Atque huiusmodi donationes fuerunt a legibus improbatum donationum, quae sunt inter viuentes coniuges exemptae, utpote remunerationes potius visae quam vere donationes, cum remuneratoriae donationes legibus communibus liberalitatis eximantur, *l. Atilius, de donat. in P.*

¶ Et dos causam habere pietatis dicitur ratione cuius promissum vel solutum etiam errore non debitorum non repetitur, ut notat Iulian. Iuriconsul. *l. cum is qui 32. §. si mulier, de condit. indeb. lib. 12. P. tit. 6.* ¶ Voluerunt & Caesares aequalitatem inter coniuges conseruare, ut pro modo dotis vir quoque donationem propter nuptias contribueret, ita matrimonio necessaria, *authen. sed iam necesse, de donat. ant. nupt. C. auth. dos data, eod. tit. potissimum* si de lucranda dote maritus superstes, mortua uxore pacificatur, *auth. aequalitas, & authen. sed que n. bil. & l. lego Leonis 10. de pact. conueni. lib. 5. C. tit. 14. §. 1. de equal. dot. constit. 92. & §. in de non elig. secum. n. ben. constit. 2. in Nouell.* Cautio nem enim conseruationi dotis sic adiuuenerunt per illam sponsalitia aequalitatem, seu donationem propter nuptias, & propter dotem.

¶ Voluerunt & namque soluto matrimonio extra portionem lucri, eam capti ab uxore pro dotis solutione, & in dotem redigi ab ea, inquam quae dotem dedit, *generaliter §. vbi haec obseruari de secund. nupt. lib. 5. C. tit. 9.* Non enim est donatio, quae praecedente marito possit praeter dotem repeti: quo nomine quoque differt ab alia specie donationis quae pure fit sponso vel sponsae, quae lucro eius cedit, si ante nuptias fiat, *l. 1. si consentiente 14. & l. a sponso 16. de don. ante nupt. C.* Idcirco haec donatio propter nuptias alia ab ea est, & veluti dotis cautio & hypotheca, & si de lucro agatur, pacto aequalis privilegii ac do. si agitur de repetitione, & ea si fiat ab initio matrimonii, ut sicut in dote, mulier creditoribus mariti, praefertur in ea expressam hypothecam habentibus, *l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. l. in rebus 30. de iur. dot. C. lib. 5. tit. 12.* contra iuris communis regulam, quae potiores tempore iure priores sunt, *l. 2. C. qui pot. in cum similibus, quantum pertinet ad dotem, & quae adiacamenta sunt eius dotes Gordian. l. cum a socero 8. de iur. dot. lib. 5. C. tit. 12. l. inter § cum inter, de pact. dotal. in P.* utpote si de vestibus atque mobilibus agatur marito delatis: non tamen extra dotem incrementa vel lucra ex donatione propter nuptias, seu ut vocant adiacamenta vel augmenta debita eius sunt privilegii, *dist. l. assiduis in fin. C. qui pot. Non enim cum de lucro captando agitur, mulieribus, sed in damno euitando fauetur in praedictum aliorum, l. error. de iur. & fact. igno. nisi, ut monuimus hypothecae & cautionis nomine pro dote, eam donationem propter nuptias, velit aliis creditoribus euincere, in quo praefertur: non autem in demum, dote repetita, & ita intelligenda est Iustiniani sententia, *l. vbi ad huc 29. de iur. dot. C.* ¶ Quamobrem & haec donationes propter nuptias *arrhae* id est, pro vel nemine dotis data dicitur ab eodem Iustiniano, *l. si de don. ant. nupt. C.* vel similia dotibus, vel opposita dotibus, vel pro dotibus.*

¶ Graeci & *arrhae* accessionem ad dotem dixerunt teste Harmenop. *lib. 4. prom. iur. vbi dicitur, vnde aequalitas aliquando eius*

cum dote exacte constituta, quamuis in ea sepe & consuetudine & iare variatum sit. ¶ Nam ¶ in ciuiliure Romano, Leo & Anthemius CC. l. ex morte 9. de pact. conuen. lib. 5. C. tit. 14. permiserunt aliquando inaequalitatem inter donationem propter nuptias & dotem, in quantitate & in lucro, sed non in quota. Iustinianus deinceps l. lege Leonis 10. C. eod. de pact. conuen. pactum lucri futuri dispar inter donationem propter nuptias & dotem tantum ad aequalitatem minoris maius redegit. Subinde aequalitas in omnibus definita, amb. aequalitas, C. eod. de pact. dotal. con. stit. de aequalit. dot. lueraque facta aequalia, si tamen dos data fuisset, non aliter. amb. sed qua nihil, de pact. dotal. §. 1. de non eligen. scum. nuben. in authen.

27 ¶ Moribus ¶ & consuetudine regionum. haec aequalitas in dote & donatione propter nuptias saepius non exigitur, neque etiam desideratur haec donatio saltem aequalis dote. Cum animaduersum sit, disparem esse causam mariti & vxoris & dotem pro oneribus dari marito. l. pro oneribus, de iure dot. cum similibus, quae vxor non subit. Satisque aequalitas videtur sine donatione cum dote, conferuata tamen geometrica, vel etiam Arithmetica in societate hac, in qua mulier pecunias, vir autem operam, laborem, & sollicitudinem confert. ¶ Sicuti ¶ est iusta inter alias personas societas pecuniarum & industriae contributio: & plerumque tanta est industria socii, vt plus societati conferat, quae pecunia: vt si solus nauiget, solus peregrinetur, pericula solus subeat, vt ait Vlpianus l. fin. non fuerint 29. §. l. societas 5. pro soc. lib. 17. P. tit. 2. Quamobrem recte Accursius notat in Auth. aequalitas, in verbo pari. de pact. conuen. C. ius aequalitatis consuetudine tolli hodie, & valere dotis constitutionem nulla donatione propter nuptias interueniente. ¶ Mores ¶ tamen obseruandi sunt diuersi, & placita hac de re conuenta, quibus eurare fauorem consuetudinum possumus, vt pote iuribus in fauorem introductis. l. per. C. de pact. l. si quis in conscribendo, de epis. & cler. 30 ¶ Itaque certa de hac re nulla esse potest lex. Meminit Parnenius in Eroticis. Orionem Hircii filium propter Herum filiam Oenopionis & nymphae Elicae, insulam cicurem reddidisse, quae tunc feris erat referta nimirum cum magnam praedam ipsarum a se captarum pro dote offerret. Sic pro sponsalibus Micolis filiae Saulis numerantur Dauid centum praepudia Philistinorum a se occisorum. r. Reg. 6. 18. In quibus elucet exempla donationis propter nuptias, vel melius donationes ad consequendas nuptias validae & irreuocabiles: sicuti & est donatio quaedam ante nuptias & fauore matrimonii nuncupata irreuocabilis, & praeter dotem praestanda, simplex & ab aequalitatis censura aliena, l. si ante matrimonium, de donation. ant. nupt. C. de qua & Deo fauente in successione agemus de decedentium.

¶ Graecorum ¶ autem mos erat dari vxoribus pro ἰσοβόλο, seu accessione dotis, dimidiam partem dotis, quod & Tolosa locum obtinet. Immutatum hoc tamen apud Hellines, vt pro eo semisse, acciperent tantum dotis trientem, id est, quartam partem totius dotis, vt refert Constant. Harmenopolis lib. 4. promt. tit. 7. & post eum Phobenus Chartophilax Burgariae Archiepiscopus. Et rursum Harmenop. lib. 4. cap. 10. quod conuentum est pacto & de restituenda dote & de hypobolo, id seruandum est: quod si nihil placuit, postulatur tunc ab eo qui dotem reddidit, vt hypoboli nomine trientem vniuersae summae, in quam dos redacta sit, praestet, verbi gratia, si vnus librae dos sit, pro hypobolo triens summo persoluetur, vt pote viginti quatuor nummi: constat enim libra 72. solidis. l. quorides de susceptor. lib. 10. C. Indicat & Theocritus morem fuisse, ita depascendi pro matrimonio his verbis, dum puella sponsum alloquitur, Theoc. eidylio 28.

Δορὴ. Καὶ πῶς μὲν ἔδωκεν ἄρα γὰρ ἄξιον ἢ ἐπιπέσοι, Κάρησι. Πάσαν πᾶν ἀφ' ἑαυτῶν, πᾶν ἄλγεα καὶ νόμον ἔχει.

Id est:

Puella. Sed quam mihi dote adferi nuptiis dignam, si annuero? Daphnis. Vniuersum gregem, omnia nemora & pascula habebis. ἰσοβόλο est alicubi in usufructu tantum, durante vita vxoris, & ad mulieris victum pro dote assignatur, vnde vocatur dotalitium, vt apud Sigisbertum in Chronica circa annum 1178. & alibi Vitalitium, id est, pro vita, vt apud Albertum Kranrium lib. 7. Damia, c. 35. Neapolitani vocat dotalium, lib. 3. constit. Neapol. tit. 13. 15. 16. nostrates Tolosani augmentum.

De Proxenetriis, & Osculo sponsaliorum.

Cap. 8.

1 Proxenetria quid, & περυσήθεια & proxenetria & περυσήθεια item.

- 2 Osculum inter solemnia nuptiarum.
- 3 Osculo dato sponsam lucrari mediam partem donationis propter nuptias, non aliter.
- 4 Oscula symbolum habent non vulgaris dilectionis, honeste, vel inhoneste osculantur se mutuo.
- 5 Osculum in sponsalibus matrimonium non contrahit, nec affinitatem.
- 6 Oscular religionem habentia, & de osculo manuum & genuum.
- 7 Osculo venientes excepti, & abentis dimissi amicitiae causa. Idem num. 9. 10. 11. 12. 14. 18.
- 8 Personarum salutandi mos.
- 10 Osculo & inclinationibus crebris saluantur hospites Mosconia.
- 11 Item Hebraei.
- 13 Caius Caligula adorandum pedem aut manum porrexit senatoribus.
- 15 Oscula tandem Romanis quotidiana in suspicionem turpitudinis venerunt.
- 16 Oscula quotidiana prohibuit Tyberius.
- 17 Osculatio puerorum arreptis auribus, & ea quare fiebat.
- 19 Osculari licet ecclesiasticae persone manus principum insignum amoris.
- 20 Osculum dare non possumus, quibus cum communicare non licet.
- 21 Sponsatio osculo firmata valde nuptias accedit.
- 22 Osculari mulieres non licuit omnibus Roma, nec illa viros in ore, sed in fronte aliquando osculata sunt.
- 23 Osculari mulieres tunc cognatas licuit, cum usus vini interdictus illis fuit.
- 24 Osculum non deserebant cognati Romani mulieri famosa.
- 25 Osculo dato ab vxore alteri viro, ea vt adultera dote apud Italos & Hispanos priuatur, non in Gallia.
- 26 Oscula inania sunt.
- 27 Osculari feminas Concilio Antisiodorensi, vel habere commatru monachis prohibuit.
- 28 Osculorum certamen & primum eius qui dulcius oscularetur, apud Megarenses.

IN rubrica de sponsalibus C. adiicitur, & de proxeneticiis vulgo, sed emendatius de proxenetriis, de quibus tamen leges ex mente Accursii in rubrica, de sponsal. C. ibi non loquuntur. Alciatus tamen lib. 1. dispensatio. cap. 22. contrarium defendit, & arbitrat proxenetria esse eadem, ac περυσήθεια: & proxenetriam esse περυσήθεια, mulierem esse procuratricem & conciliatricem futurarum nuptiarum pronubam, de hac meminit. Plato 6. de legibus, in cuius manibus arrhae custodiendae deponebantur, non secus quam sponsiones: & ita proxenetria ipsas arrhas a custodia proxenetriae dici & explicari titulo de sponsalibus, dum inibi de arrhis tractatur, cui subscribo. Etenim mercedis proxeneticae tractatio in aliud iuris caput reuertitur, l. 2. de proxenetis in P. ¶ Praeter ¶ arrhas Alexius Comnenus in constitut. lib. qui inseri bitur. Jus orientale, lib. 1. Orientis imperator, addit etiam inter solemnia nuptiarum & osculum. ¶ Quod ¶ est etiam arrhabo nuptiarum, si ea mente prebeat, vt quae adeo efficax, vt osculo dato, donatio facta ab sponso praemortuo pro media parte valeat, pro alia autem infirmetur, vniuersam autem infirmari, si osculum ante mortem alterius non fuerit secutum, ex constitutione Constantini l. si a sponso. 16. de donatio. ante nupt. l. 5. de sponsa. in C. Theodos. ¶ Osculum ¶ siquidem quoddam initium consummationis nuptiarum esse videtur, & fructio sponsae quoddammodo. Atque oscula signum & symbolum habet cuiusdam dilectionis maioris, quam vulgaris. Idcirco & oscula libidinis praenuntia esse possunt, & honoris. Actus enim ad vtrumque relatus fuit osculi, Clemens Alexan. lib. 3. pedago. cap. 11. interdum tamen nominis quaedam adhibita distinctio. Nam vt plerumque oscula officiorum sunt: basia pudiciorum affectuum: suavia libidinum, in Euncho Aelius donatus, emarrans illud Terentia, Thais mea, meum suauium. Libidinis inquam, vt apud Ouid.

Oscula si dederis, siam manifestus amator. Sic Theocritus Eidyli. 3. & 28.

Νύμφα πέρυσθηθα μετὸν αἰπὸν ὄϊς τὸ εἶδος. Ἔστι καὶ ἐν νεβείαι φιλάμασιν ἄδια τὴς φιλίας.

Id est:

Nympha amplectere me caprarium, vt te osculer, Est & in vanis osculis seauis incunditia. Refert Alianus lib. 1. de vari. histo. c. 15. ex Aristotele, lib. 6. de Iustia animal. ca. 2. masculum e columbis, non prius in feminam ascendere, quam osculi illi dederit, nec recipere feminas marium

Ὁς δὲ πρὸς μὲν γλυκῆρ τε καὶ χεῖρα καὶ χεῖρα,
Βεδοῦμεν ὅτι ἐὰν ἀποθῆται πρὸς μὴτῆρ ἀπὸ τοῦ
Ὁλίβου ὅτις παρὰ τοῦ ἀποθῆται ἀποθῆται.

Id est:

28 Nysai Megarensis, remis prestantes,
Felices habuistis, quoniam pro alius hospitibus,
Atticum Dioclea puerorum amatorem honore affecistis:
Sempor primo vere ad eius tumultum congregatis
Pueri certant osculi victoriam reportare.
Quique labris dulcibus applicauerit,
Et coronis honoratus ad suam matrem reuertitur.
Beatus ille quisque inter pueros de osculis iudicatur.

De Solutioe sponsaliorum. Cap. 9.

- 1 Sponsalia impune facile dissolui nequeunt.
2 Sponsalia soluentur morte.
3 Mutuo dissensu.
4 Alterius concubitu.
5 Superueniente lepra, vel insigni morbo.
6 Non impletis conditionibus.
7 Noua religionis susceptione.
8 Sponsa facta alium de pregnant, & se a adulterata fuerit.
9 Inopia sponsalia non dissoluit.
10 Sponsalibus dissolutis quomodo repetantur data.
11 Sponsalia dissolubilia sunt tantum qua futuram, non qua presentem habent promissionem.
12 Vxor de sponsandi & ducendi apud Indeos formula.

1 Dissolutio sponsalium facilis non est, et si videatur. Ideo & cautum, ut parentes qui irrita fecerint sponsalia filiorum, a communione triennio separerentur, can. si qui parentes 3. 1. q. 3. arg. can. si cui. de penit. dist. 1. & similiter filii, si sint in culpa, si tamen filii secundum promissionem factam contraxerint, excusantur, utique scilicet, quo ad penam ecclesiam, sed non quo ad reatum, ex quo in contrarium iussu sunt.

2 Sponsalia tamen, futurarum nuptiarum inquam pactiones, aliquando dissolui contingit pluribus de causis. Quarum frequentiores tantum annotabo. reliquas namque videre licet apud Angelum de Clauasio in summa. Prima ad mortem pertinet. quae ut omnium periodus, finis & solutio est, §. deinde, de nupt. in Nouel. sic & sponsalia soluit, l. fin. C. de sponsal. §. Alia tamen ex mutuo dissensu, seu consensu in dissolueno consistit, cap. 2. de sponsal. apud Gregor. et si glossa in dist. c. 2. quaedam aliud sentiat, quam tamen reiciunt Ioannes Andreas & Panormitanus in ca.

3 Tertio, si qui primam desponsauit pollicitatione futurarum nuptiarum, cum altera se commiserit, sicut ex literis, de spons. ca. si in virum. & c. 1. de spons. duor. §. Quarto, si post sponsalia huiusmodi, alter sponsatorum deciderit vel in lepram, c. literas. de coniug. leprosi, vel in corporis insignem quandam deformitatem, c. quem admodum, de iur. iur. puta membro aliquo inciso. §. Quinto, si non satis fiat conditionibus & pactionibus sponsaliorum, c. de illis, de condit. appof. §. Sexto, si alter ex sponsis, post sponsalia alterius & diuerse, quam tunc esset, fiat cultor religionis, l. Deo nobis, de episc. & cler. veluti si fiat haereticus, vt notat Harmenopolus lib. 4. tit. 1. facit l. si legib. de episcop. audien. §. Septimo, si ex alieno semine fuerit deprehensa sponsa utrum gestare, l. si constante, solut. matrim. P. Harmenopol. lib. 4. tit. 1. Sic inter leges Langobardorum, Rhotarius eorum rex statuit. l. 2. & 3. de sponsal. lib. 2. legum Langobard. vt si fuerit sponsa adulterata, & non poterit purgari hoc crimine illato, a duodecim proximis, dissoluantur sponsalia. & illa puniatur poena adulterii. Item, si leprosa, vel daemoniaca, aut ambobus oculis capta fuerit, tunc quoque sponsus recipiat res, quas dedit, & non cogatur illam tollere. §. Porro si inopia sufficiens impune visa non est sponsalia soluere: sicut ab Ephoris pecunia multati sunt, Plutarcho in Lyfandro. parentes eius, cui desponsata fuerat filia Lyfandri: quod sponsalibus renuntiaffent, cognita post mortem Lyfandri eius inopia. §. Solutis tamen sponsalibus, si is qui aliquid dedit eo nomine, vt in vxorem haberet, praebuerit causam solutioni, non reuocat data: contra, si non dederit, na reuocat, l. cum veterum 15. de don. ant. nupt. Quin & ea quae parentibus filiae munera data sunt, ea intentione vt donans haberet in vxorem, si id non conueniat reuocantur, l. 2. C. de donat. ante nupt.

Notandum tamen nos de sponsalibus agere, quae praesentem non habent promissionem, quibus scilicet nec benedictio adest, nec quis accipit in suam vxorem, sed se accepturum pollicetur: alioquin praesens promissio illa esset ad matrimonium instar indissolubilis, cap. fin. de spons. duo. Sic enim & statuit Alexius Comnenus Imperator, in iure orientali & constituit. Imperatoris Alexii Comneni, tit. de spons. cap. 2. ad suggestionem Curopalatae, & magni Drungarii Vigile D. Ioannis Thracensis, anno a creatione 6600. mense Martio: in dictione 15. qua declaratum, sponsalia, quae facta benedictione munita sunt, dissolui non posse.

Et tamen Rabini quoque de iure suo testantur in מִצְוַת מִיִּזְוֹת גַּסֵּה. in praecipis affirmatiuis, praecip. 48. his verbis in Latium conuersis, iniurianda vxor ducenda, pecunia, vel scripto, vel concubitu. idque faciendum coram testibus. Subarratio fieri potest dimidio scilo. Scriptum, quod consensum explicet, tale esse potest. filia tua vxor mea est. Quod concubitus matrimonium faciat, lex ipsa docet. Quando igitur, vno horum trium eam sanctificauit, vxor illius censetur, & est prohibita toti mundo, haec illi.

Et tamen Rabini quoque de iure suo testantur in מִצְוַת מִיִּזְוֹת גַּסֵּה. in praecipis affirmatiuis, praecip. 48. his verbis in Latium conuersis, iniurianda vxor ducenda, pecunia, vel scripto, vel concubitu. idque faciendum coram testibus. Subarratio fieri potest dimidio scilo. Scriptum, quod consensum explicet, tale esse potest. filia tua vxor mea est. Quod concubitus matrimonium faciat, lex ipsa docet. Quando igitur, vno horum trium eam sanctificauit, vxor illius censetur, & est prohibita toti mundo, haec illi.

DE MATRIMONIIS ET NUPTIIS LIBER IX.

Denomine nuptiarum, & synonymis matrimonii. Cap. 1.

- 1 Synonyma verbi matrimonium.
2 Matrimonii etymon, quare potius a matre quam a patre.
3 Connubium & contubernium quid, & quare iuxta nuptia inter seruos non erant olim, hodie sunt.
4 Nuptiarum etymon, maritus, marita quid.
5 Velata virgines nubentes, & quare nubentes velarentur.
6 Velum nuptiarum flammae erat, & quid essent.
7 Velum duplex, virginum, vestalium.

1 Synonyma sunt matrimonium, t conjugium, connubium, nuptia, confortiu, & pro eadem re promiscue usurpata ab Vlpiano. l. in eo iure 45. de rit. nupt. & alii Iurisperiti. §. Matrimoniu, t quasi matris munus, a matre potius quam a patre dictum, ob onus quod subit mater in vtero gerendo: dolores in edendo, labores in nutriendo, c. ex literis, de conuers. coniugat.

2 Connubium, t ducenda vxoris iure facultas, nullum cum seruis, vt ait Vlpianus in tit. 5. Contubernium tamen cum illis. Ita contubernii nomen non proprie ad liberarum personarum

nuptias iure gentium pertinet, sed ad seruas, dum cum ancillis & seruis coniunctio fit, vt ait Constantinus Caesar, l. 3. de inoff. nupt. lib. 5. C. tit. 5. §. si vero ab initio, de nupt. in nouell. aliquando tamen & de liberis contubernium dicitur, Iul. Paul. lib. 2. recep. sentent. tit. 20. ideo nec serui ob violatum contubernium accusantur adulterii illo iure, Dioclet. & Maxim. l. seruis. 23. ad l. Iul. de adult. lib. 9. C. tit. 9. Est namque contubernium generale nomen, nullius specialis vinculi, quam societatis, referens modum coniunctus, vt apud Vegetium 1. de re milit. Contubernium est tabernaculum seu tentorium decem millium, qui & contubernales, vt & apud Iulium Caesarem 3. comment. Et Columella 1. de re rustica. suadet dominis dare seruo villico contubernalem mulierem, quae cum contineat, hoc est, vxorem, quae tamen cum illis vere non dicitur, eo quod ista nuptiae ex legum & iuris ciuilibus pendent decretis, §. 1. de nupt. apud Iustin. quorum seruis incapax est. quive pro nullo in iis, quae ciuilibus iuris sunt, habetur, l. quod adstinet 33. de regul. iur. P. Verum hodie inter Christianos, & seruorum nuptiae sunt, & legitima coniugia, eaque benedicuntur: quia & serui Christiani aliorum sacramentorum participes sunt, vt Comnenus Alexius statuit in iure orientali constituit. Comnenus tit. περὶ τῶν κληρῶν καὶ ἐκκλησιαστικῶν.